



CENTRALE




CITTA' DI F
BIBLIOTECA
LANDAU F
INC.
NAZION







3. 3. a. 1. 3. Ori

Bessarione

Cum optimum maximum in primis et sanctissimos apostolos in quorum templo funebria hec sacra celebrantur oro supplex atque precor beatissime pater articulo temporis quo mihi dicendum est de obitu Bessarionis Cardinalis niceni apostolici legati viri omnis laudis genere cumulatissimi atque de me optime meriti animi mei merorem tristiciamque leuent/suspiria tollant/comprimant lacrimas atque singultus/vt ex me (quantum pro ingenij puitate licuerit) omnes plane cognoscere possint quantam iacturam/quantum vulnus/non modo grecorum si que supersunt reliquie/sed Romana vrbs et curia apostolica sedes/catholica fides/xpiana denique religio et res pub. susceperit. Coactus vero tpis angustia non sequar oratoris officium. sed eppthoma scribentis laconum more qui multa: quam paucis imitans eos qui magnum atque immensum orbem breui admodum tabella depingunt. Nam si voluero (non dicam exornare/quod oratoris esset proprium/sed) recensere singulas niceni virtutes/prudentiam/iusticiam/tpantiam/fortitudinem/doctrinam/eloquentiam/et reliquas animi et corporis sui prestantissimas dotes vel dies me desereret. vel in medio orationis cursu ipse deficerem. Tantus enim tamque late patens campus ad dicendum sese offerret vt non ab re caligantib? oculis cum Virgilij palinuro exclamare compellerer celum vndique et vndique pontus. Quapropter bea. pater extemporanea pene et tumultuaria dictione quam breuissime potero absoluam Bessarionis inicia et laboriosissimum vite cursum. Gallice deinde legationis pariter et ipsius vite finem gloriosum illum quidem et sibi merito optandum. nobis vero qui talem ac tantum patrem amisimus luctuosum atque funestum. Quas ob res prestantissimi patres et domini vos et ceteros oes oratos obsecratosque velim vt hoiem in Latio natum Ro. ecclesie lacte nutritum atque educatum: vestris etiam beneficijs auctum et proinde vobis deditissimum obsequentissimumque: de vestra presertim laude loquentem. Nihil enim a Niceno se iunctum habetis: equis animis et patienter audire velitis. Teque in primis appello Sixte Pontifex maxime: pro tua singulari erga



Perotti V. Zeno

omnes benignitate atq; mansuetudine/precipuaq; in Nicenū pie tate qua hodierna die preter summorū Pontificum morem fune ralibus hijs ꝛ interesse ꝛ preesse voluisti ꝛ merito quidem: Tuus enim/tuus inquā ꝛ apos· sedis legatus Bessarion Cardinalis Ni cenus mortem obijt· extinctus est Constantinopolitanus Patri/ archa Sabinus episcopus· Sacri senatus tui atq; collegij princeps honor· gloria· splendor· De quo cum bona venia vestra ꝛ gratia iā dicere adoriar. ¶Bessarion nobili ꝛ antiqua Grecia ortus oriun dusq; fuit· Siquidem eius patria est Trapezus Synopensiū Co lonia· Synopen vero condidere Milesij· Miletum Athenienses· Ex his parentibus auis: abauis: maioribusq; nobilitatē referens vbertatem redundantiamq; Asiam ingenij Attica moderatione tpauit· Nam Dyogenem Dephilum poetam Thaletem: Echa/ theum Hystoricum: Eschinem Rethorem: eum dico qui in Pom peyum magnū inuectus est Ad Socratis: Platonis: ꝛ aliorū ethi corum frugilitatem imitando traduxit. Hic cum primū excessit e pueris: Bizantium ad capiendum ingenij (suapte natura optimi atq; acerrimi) cultum a pntibus mittitur· Ubi grammatica ꝛ poe tica q̄ celerrime imbutus ne a rerum diuinarū ꝯtemplatione ad quā tota mente ferebatur/humanarū cura aliqn̄ distraherer̄· Ba silij religione que vel precipua apud grecos habetur initiandum se tradidit doritheo archiepiscopo Doriensi viro optimo atq; do/ ctissimo/ ducem sibi eum ac preceptorem eligens ꝛ imitandū pro ponens. Sed doritheus adolescentis ingeniū ad occultarū ꝛ ad mirabilium rerum inuestigationes natum prospiciens eum emit tit ad archiep̄m Sylimbriensem quē pro excellenti doctrina: sapi entia: ꝛ morum grauitate atq; sanctimonia vniuersa grecia admi rabatur ꝛ patrem appellabat· Huius nomen Bessarion ad vite ex tremū singulari obseruantia est prosecutus/ qḋ ab eo non solū lit terarū ꝛ ph̄ie cognitionē· Sed instituta vite ꝛ bonos quoq; mo res accepisset· Demū ne quid tanto ac tali ingenio deesset Silim briensis consilio Platone quem gemistum vocant ꝛ oēs vel alterū Platonem iudicabant· In Pelopenoso quo doctrine causa se ꝯtu/

lerat preceptore vsus oibus liberalibus artibus. Iterum non mō percursis sed diligenter exacteqꝫ expensis extremā (vt sic dicam) manum imponit ꝛ precipue mathematicis erudit̄: quibus tanto studio incubuit vt cum noctes atqꝫ dies Joannem Alexandrinū in Ptolomeū transcribit eum contraxerit morbum quo per omnē vitam maximis doloribus ꝛ periculo laborauit. Sic igit̄ Bessario noster demū / vt aiunt / in manū missus doctissimus atqꝫ eloquētissimus euasit. ꝛ iam volitare per ora virum doctrine ꝛ virtutū suarum prope diuinaꝝ fama ceperat. Jam admirationi apud grecos nomen ei⁹ erat ꝛ summa auctoritas. Qua moti clarissimi fratres: quorum vnus Bizantij imperator erat: alter Peloponensium regebat / nascentes inter se discordias eo interprete ꝛ medio cōposuerunt. Eodē etiam suasore Trapezuntinus ꝛ Bizantius impatores / aīos opes: arma coniungunt aduersus imminentē turcoꝝ impetū ꝯtendere videbantur. Hi principes in Bessatione ornando atqꝫ augendo. Nam bizantius basilij monasteriū sane celeberrimaꝫ gubernandum ꝛ quotidianis lectionibus atqꝫ disputatiōibus erudiendū ei tradidit Peloponensis opa Nicem⁹ archiepūs designatur quam appellationem in cognomen versaꝫ perpetuo tenuit atqꝫ seruauit. Quom autē de greca latinaqꝫ ecclesia coniungenda agi ceptum esset que quingentis fere annis in disceptione versata fuerat vnus ex omnibus ab imperatore ꝛ patriarcha grecorum vniuersoqꝫ doctorum numero eligitur qui eius cause ꝛ negocij pondus suscipiat / excusauit se Nicenus pro modestia sua et rei grauitate atqꝫ magnitudine quoad potuit ꝛ licuit. Verum cū primū ferrariam ventum est nec excusationibus vllus relictus esset locus / orationem ad suos habuit non minus grauem ꝛ accuratam q̄ꝫ elegantē ꝛ splendidam qua psuadere contendit ꝛ pacatis aīs ꝛ rectis sensibus ad veritatis cognitōē descenderent. Se ꝓ eis ꝛ p̄ria quantū liceret pugnatuꝝ totis ingenij ꝛ doctrine viribus. Qd̄ postea florentie acerrime contra nr̄os disputando re p̄stitit vsqꝫ adeo vt omnes in stuporem ꝛ admirationem sui ꝯuerteret. Plus tn̄ apud eum valuit fidei veritas / q̄ꝫ suoꝝ ꝛ patrie amor

finita eniꝫ disceptione/ eloquentia: sapientia: atqꝫ auctoritate sua
Imperatoris ⁊ reliquorum animos dimissis erroribus ad latino/
rum opinionem ⁊ verum ritum profitendum permouet atqꝫ indu
cit Presidente tunc Romane ⁊ apostolice ecclesie Eugenio quar/
to a quo nicenus noster in collegium Cardinalium cooptatur
Id vel maxime suadentibus Juliano cesarino sancti angeli ⁊ do/
minico firmano sancte Marie inuialata dyaconibus tunc sancte
Romane ecclesie Cardinalibus. Romani enim sapientissimi ⁊ in
omne euum merito colendi patres preclara in primis sua erga ro/
manam latinamqꝫ ecclesiam ⁊ catholicam fidem merita ante ocu
los habuerunt· deinde vt ex firmano patruo meo accepi q̄uis de
Niceno suspicandum foret/ nihil tamen omnia vel tuta timuerūt
Scilicet tantarum virtutum tam vehementis spiritus· ⁊ culti in/
genij vir in greciam rediens/ aliquando esset nouarum reruꝫ cau
sa· Eius ingenij dexteritatem atqꝫ magnitudinem vel hoc vno
cernere licet· Cardinalis factus mox instituta vite mutauit ⁊ mo
res· linguam vero siue maternum siue latinum exprimere vellet
vel furari visus est homo in grecia natus ⁊ ad grandem vsqꝫ eta
tem in monasterijs grecis educatus versatusqꝫ repente latinus
prodijt· Non possum beatissime pater· Non possum non veheme̅
tissime dolere q̄ necesse sit hos locos omni cultu ⁊ splendore ora/
tionis atqꝫ amplificatione dignissimos perstringere atqꝫ percur/
rere. Nonnullos penitus omittere Fraudatur profecto fraudatur
Bessario noster· veris ac iustis laudibus multis vigilijs· multo
labore ⁊ sudore quesitis· Sed videre videor musitare nescio quos
⁊ contracta fronte atqꝫ abducto supercilio de suis fortasse diffide̅
tes alienas inuitos audire laudes. Qua propter facessat obsecro
inuidia absint abeantqꝫ odia procul· liuor saltem post facta quie/
scat inde mortui Eugenij locum sufficitur Nicolaus Quintus.
qui vt erat doctissimus ⁊ natura optimus bonos amauit ⁊ doctos
⁊ Nicenum in primis carissimum habuit· cognoscensqꝫ hominem
ad omnia summa natuꝫ plurimo etiam honore dignatus est· Mi
sit nanqꝫ eum legatum Bononiam tunc tumultua̅teꝫ ⁊ intestinis

factionibus laborantem pmo maxima ac recenti cede madentem eo cum venisset Nicenus pro incredibili sapientia atq; animi magnitudine breui non modo pacatam vrbem et quietam reddidit sed ciuilem effecit. ꝛ in ea litterarum ꝛ bonaruȝ artium studia mirifice auxit. Tanto omnium amore ꝛ obseruantia vt viuū semper vnice amauerint atq; coluerint. Et mortuū non dubitem ex anīo doleant ac deeleant Bononienses quorum precibus ꝛ opera effectum est ne viuente Nicolao quisq̄ ei successerit. Nuntiata vero Nicolai more. Romaȝ q̄ ppropere contendit ad ineunda suffragia nouis pontificijs comitijs ꝛ in primo conuentu atq; cōgressu patrum precipue seniorum iudicio Pont. noīatur. Sed nocte imminente non publicandum eum ad lucem vsq; fuit aliquoꝝ consiliū ne quid scȝ tumultus ad dubiaȝ vocem noctu Rome oriretur. Ea nocte inuersa sunt oīa ꝛ mutata consilia ꝛ sequenti die electus fuit Calixtus tercius. Itaq; sicut Cicero vatinium vigilantissimuȝ ꝛ nocturnum appellat consulem Sic nos non illudendo cauillandoq; Nicenū vt ille pontificeȝ dicere possumus maiore nr̄o ꝛ x̄piane reipub. damno quā suo dissimulauit Nicenus tulitq; eam rem fortissimo anīo profectusq; puteolos curande valitudinis gracia ab Alfonsio rege oīm sue etatis prestantissimo diuinis fere honoribus excipitur egregium profecto erat atq; pulcerrimuȝ spectare summos viros ꝛ principes honore inuicem preuenientes ingenio ac virtuti quodammodo certantes ꝛ priscam grauitatem atq; maiestatem vultu. incessu moribus referentes. Calixto Seniori vita functo lucressit Pius magna eloquentia maiori animo/maxima atq; incomperabili diligentia preditus. Is in conuentu quem cebrem mantue. habuit plurimum Niceno credit ac detulit. atq; ei9 opera ꝛ consilio vsus est quin Mantua discedens ad germanos tunc inter se dissidentes atq; tumultuantes euȝ bieme media misit. non recusauit. Nicemus laborem. Non terruit eum asperima biems ꝛ frigidissima regio. non glacies. non niues. non itineruȝ ꝛ viarum difficultas. non mille pericula quibus singulari paciencia ꝛ constantia superatis tumultuantes germanos biennio quie

tos effecit· Animauitq; in turcos/ et rediens ad pontificem/ vene
tias diuertit vbi summa oim leticia atq; honore exceptus auctor
est ne pii infancti oppugnatione per venetos impediantur· Qui
etiam tantu; dicendo et agendo consecutus est· vt quod antea in/
auditum fuit· dux venetiaru; cum nobilitate fere omni ad Pium
anconem nauiget· ibi mortuo Pio dux cum classe et suis venetias
Nicenus vero et cardinales reliqui repetunt Romam vt nouis po
tifitiis comitiis suffragia ineant· In quibus Paulus· ii· creatur·
constans vir· et dignitatis apostolice sedis/ ac iurium Romane ec
clesie conseruator tenacissimus· apud que; vt tu beatissime pater
nosti· Nicenus multum valuit auctoritate et gracia verum ingra
uescente senio et morbis. ad honestum ocium se referre statuit· Re
uersus itaq; in gratiam veterum amicorum et minime fallentium
hoc est librorum· multa enim se olim conscripta colligit· emendat
emittit· Ex quibus vel pauca subnectam· Laudationes sc; duas
patrie sue Trapesuntis et pstmi. Tris consolationes ad grecoru;
Impatorem de vxoris obitu· Explanationem in locum illum eua
gelii· Sic eum volo manere. Refutationem Marci ephesii qui de
spiritu sancto male sentiens in latinos libellum euomuerat. Qui
q; preterea libros in platonis phie laudem: quos scio Beatissime
pater accuratissime te aliqn legisse: et laudasse vehementer atq;
probasse: eos qui legerit liquido perspiciet Nicenum non modo
phos: sed quicquid vsq; libro euoluisse: atq; annotasse· Taceo re
liqua· Tempus enim festinare me cogit ad gallicam legationem:
eam quidem cum maiori animo quam viribus suscepisses senex:
et plurimis affectus morbis: mutare consilium cogitur· delatus er
go suorum lacertis in senatum te beatissime pater non solum mi/
serante sed suadente legationem renuit· vobis etiam patribus co
miserantibus et assentientibus· Sed cum litteris regiis quam am
plissimis et summe spei plenis paruo post tempore denuo accers/
retur/ maluit experiri an extremo spiritu aliqua ex parte reipubli
ce xpiane prodesse posset· q; a certo vite discrimine aufugere vide
retur· Iuit igitur beatissime pater: iuit cum aliqua ad Rege; per

ueniendi spe: nulla reuertendi. Defertur senex inualidus & mille morbis pene confectus per altissimas alpes & asperrimos montes quibus tandem vi animi superatis totam gallie longitudine per meat profectus ad venetos vsq; & extremum occeani littus vbi a Rege honorificentissime suscipitur: ad quez Nicenus legatus ora tionem habuit luculentam & artificij plenam sanctitatis tue & se natus mandata continentem quam rex benigne audijt. Et admi ratus paulo post discedens. Hic inquit nescio quid supra hominē habere videtur. Digna certe vox atq; verissima. Erat enim in Ni ceno preter doctrinam illam & excellentem eloquentiam summus animi vigor quem eminentes oculi duo lucidissima sydera prese ferebant Erat veneranda canicies. Erat lata frons: & regium su percilium. Erat deniq; facies tota maiestatis plena & imperio di gnissima. Neque enim minus corporis pulchritudine quam men tis claritate reliquos superabat Accedebat & grauitas actionum cū venustate & decore maximo vt si iaceret si loqueretur. si staret. si ambularet deniq; quicquid ageret. erat laude & admiratione dignuz. Cerimonias ecclesie & rem diuinam nemo vnquam accu ratius nemo fecit decentius Magnificus sane & splēdidus in ve stibus & omnibus ad rem sacram pertinentibus. Nec minus in li bris. grecoruz enim & latinorum bibliothecam numerosissimaz at q; nobilissimaz summo studio & impensa Comparatam reliquit. Collapsas vel ruine proximas sacras edes & templa quam plura / vt hoc ipsum Sanctissimis apostolis dedicatum / Reparauit. in staurauit Restituit. donauit preterea. ornauitq; vasis aureis at q; argenteis & purpureis ac preciosis vestibus. domum suaz acha demiaz rectius quis dixerit tot tantisq; ingenijs vtriusq; lingue gnaris ac peritissimis in omni litterarum genere viris refertam atq; ornatam. ingenuos namq; & doctos amabat Nicenus. nec in penitiorem familiaritatem admittebat. nisi ingenio doctrina et moribus egregios atq; prestantes. ebetes tardos & ventri ac som no deditos tanquam ignauum pecus et epycuri de grege porcos a presepibus vt sic loquar arcebat. nec quoquam pacto eiusmodi

ventris animalia quibus proh nephas plena est Ro· curia videre ⁊ poterat· nec minus abhorrebat delatores· susurrones rumigerulos· adulatores· quos venenum ⁊ pestem Curie appellabat· frugalior an magnificentior fuerit nemo facile iudicaret· Nam excellentiam illam animi oīa vel summa ⁊ immoderata appetentem· Continentia ⁊ moderatione maxima refrenabat. Conuiuabatur vel laute vel frugaliter ·habita personaꝝ ratione· Inter edendum sacra semper lectio resonabat· post sumptos cibos disputabatur assidue ⁊ plerunqꝫ de diuinis rebus disputatione finita conuiuias mira quadam comitate ⁊ oris serenitate domum dimittebat hilares atqꝫ letos· ipse vero in cubiculum reuersos libros sumebat in manibus· Es tu B· pater. es tu vel locupletissimus testis. Quare cum venia dic obsecro· dic· vidisti ne vnq̄ꝫ Niceni manus librorum vacuas ⁊ inanes· Vidisti ne vnq̄ꝫ hominez ociosum ⁊ non aut rei diuine aut litteris operarum nauantem| quando a publicis negotiis vacanduz erat. atqꝫ necessarijs· Opera caritatis ⁊ misericordie quis Niceno aut libentius aut frequentius aut liberalius exercuit· Quis elemosinas pleniori manu ⁊ plerunqꝫ tacita elargit⁹ est Quis captiuos e Barbarorum ⁊ turchorum manibus grandiori pecunia redemit· Religiosa loca ⁊ personas quis amauit· fouit auxit· enixius· Quis pupillas· viduas ⁊ reliquos iniuria affectos. vel vi oppressos ardentius iuit. defendit. tutatus est· Quis erga bonos ⁊ doctos liberalior. Quis suis gracior· Quis erga amicos beniuolentior· Quis cum eis iocundior Quis cuz omnibus ⁊ grauior ⁊ prudentior. Quis libertatis ecclesiastice ⁊ publici iuris acrior ⁊ amator ⁊ propugnator· Quis liberiores ⁊ grauiores in senatu sententias dixit vnq̄ꝫ· Deniqꝫ iuxta apostoli sententiam cum omnibus omnia factus est ⁊ in eo erat maximus· in quo versabatur ⁊ ingenium intendebat·

¶ Redeo nunc ad regem ⁊ gallicam legationem fatalem non modo Niceno· sed legatis omnibus quos Romani Pontifices Sixti nomen nacti in galliam miserunt Nicenus ergo legatus. ⁊ si plurimū honoris atqꝫ venerationis sibi a rege ⁊ suis impenderetur· pluribus tamē ex causis pro

perandum in Jtaliam ⁊ sanctitatem tuam Bea. pater adeundam ratus missionez a rege petit· imperat· reuertitur. Et cum Rauen nam vetustam vrbem a grecis ꝯditam exharchatus caput· ac plu rimorum sanctorum domicilium deuenisset· veteres morbi super uenientes que noui eum corripiunt· torquent. crutiant ⁊ cum de salute sua desperatum cognosceret accito sacerdote peccata confi tetur· sacramenta parari iubet· parata multis lacrimis atqꝫ suspi rijs· indignum se clamitans· reum· peccatorem. ingratum· impuꝝ scelestum· ⁊ oībus flagitijs obrutuz petit: suscipit: precipitqꝫ defer ri se in aulaz: atqꝫ reserari fores vt liber esset oībus accessus· Jllic venerabundus senex lectulo accubans cunctis flentibus ⁊ admi rantibus tantam constantiam atqꝫ maiestatem vultu ⁊ manu si lentiū indicit: ꝯuersusqꝫ ad familiam quaz mestam lugubrez squa lore plenam ⁊ parente orbatam ac tui sacri numinis opem atqꝫ cle mentiam implorantem beatissime pater: ad tuos sacros pedes ꝓ stratam cernis: veniam petijt· Siquid asperius aliquando in eaz vel dixisset vel fecisset: vel siquid durius eius causa perpessa foret Deinde quibus maxime potuit verbis consolatus est· Postremo conuersus ad omnes eam se fidem tenere quā apostoli predicaue rant ⁊ catholici ac sancti patres decreuerant professus est· Simbo lumqꝫ expressit ad verbum hortatus omnes vt in ea fide oīm veri ssima atqꝫ optima ⁊ viuere ⁊ mori vellent. ⁊ cum deficere se senti ret adorata deosculataqꝫ crucifixi nostri saluatoris imagine: flet⁹ ⁊ suspirans inquit· Justus es dn̄e ⁊ rectum iudicium tuuz· Tu tn̄ pius ⁊ misericors ne memineris iniquitatum meaꝝ: ⁊ cuz hac vo ce illustrem illam aīaz: ac sublimen spiritum in celum emisit ma iore xp̄ianum oīm ⁊ nostro damno q̄ȝ suo. Jllico non modo dom⁹ sed ciuitas oīs fletibus vllulatuz clamoribus completur· Aicenū cunctis acclamantibus: ⁊ eius nomen laudibus in celum tollenti bus· Jn quibus vel precipui fuerunt nobiles Veneti· qui partim priuato officio: parum publico ad eum venerint· hi videntes irru entem turbam suis humeris elatum corpus in episcopium detule runt· prebueruntqꝫ omnibus deosculandum atqꝫ venerandu z· At

vos quid animo volutatis quirites: quorum maiores ⁊ veteres il
li quos iure ac merito tantopere laudamus extollimus admira-
mur · legatis populi Romani interfectis / ⁊ statuas in rostris posu
ere: Sermo etiam suspicio ad · M · Antonij · misso ⁊ antequam ad
eum peruenisset. vi morbi oppresso · publici funeris impensam at
q; honorem ⁊ in campo exquilino sepulchri locum sibi liberis po-
sterisq; suis Cicerone suadente addiderunt · cum pro dignitate at
q; amplitudinem summi viri · cum quia senex ⁊ infirmo fractoq;
corpore senatus populiq; Romani auctoritatem potius quam su-
am suorumq; voluntatem secutus ad certam pene ⁊ manifestuȝ in
teritum tanq̃ amphyaraus ille in fabulis proficisci maluit quam
salutis sue ⁊ vite rationem habere. Quid ⁊ vos curiales · religiosi
abbates / episcopi · archiepiscopi · Quid inquam agitis · qui consili
um. tulebam presidium parentem deniq; amisistis vestruȝ Quid
vos amplissimi patres ⁊ domini qui sacri vestri senatus atq; col-
legij principem / decus ornamentũ maiestatem perdidistis Quid
plura? cecidit corona capitis vestri. delicuit · occubuit occidit ful-
gentissimum illud sidus quod vos honestabat / irradiabat / orna
bat · Tu vero beatissime pater considera oro · circumspice diligen-
ter · pone omnes in trutina / inuidiosum irritet graue quod dicaȝ ·
Dicam tamen cum bona venia quod veruȝ eximio · non habebas
superiorem · non habebas Niceno virtutibus parem. plura volen-
tem me dicere meruantes lacrime vt videtis ⁊ oppressa vox prohi
bet · Quamobreȝ anteq̃ finem dicendo faciam paucis communeȝ
miseriam atq; humanam conditionem deplorare liceat · heu heu ·
quam vane sunt hominum cogitationes · quam inania mortaliũ
consilia · quam incerti rerum exitus · Differebatur modo Nicenus
per oppida / ciuitates prouincias regna sublimis ⁊ venerabundus
quem populi / natione · principes · reges · obseruabunt · colebunt · ve
nerabantur · nunc vero proch dolor exanimis mox vermibus esca
futurus iacȝ · Hic ergo nobis patres optimi hic exemplo sit · q̃ fal
lax q̃ fragilis q̃ misera ⁊ caduca sit hec qua viuere dicimur vita
Quare per viscera misericordie Jhesu Cristi qui proprio nos san

guine redemit omnes rogo·oro·obsecro· Obtestor vt aliquando contemptis expulsisq; illecebris voluptatum·explosis effugatisq; vitijs eliminatis sceleribus atq; flagitijs.conuertamur ad dominum deum nostrum qui solus ex nihilo nos fecit·solusq; vite et mortis imperium ac potestatem habens atq; beare nos solus potest hunc amemus·hunc audiamus·hunc sequamur· huic iusta· honesta·possibilia· salutaria· deniq; precipienti obtemperemus· pareamus ingrediamur prosequamurq; rectum probitatis ac virtutis iter.Studeat vnusquisq; in sua vocatione iuste·pie·pure·caste.atq; innocenter viuere vt cum vltima dies· finisq; vite aduenerit puri· mundi.candidi· atq; expediti· ad superos euolemus· vbi cum lucidissimis atq; sanctissimis spiritibus glorie conditoris assistentes beati euo sempiterno fruamur·

Dixi·

¶Oratio habita in funere Reuerendissimi Cardinalis Greci explicit feliciter·

